Fragmentarium

sapientem sibi iacent. apud philosophos omnia. Sapiens
tamen maxime meditatur paupertatem. ac in mediis
diviciis consistit. Stultus tamen etiam divicias
possidet. Nunquam imperator ita paci credidit
ut non se ad bellum paret. Numquam gubernator
sic vela explicuit. ut non ad contrahendum arma-
menta componeret. Nichil ait socrates magis per-
suasi. quam ne ad opinionem hominum viverem. Si
potestis homines vivos laudate. si non dimittite.
Divicias filias nullus magis quam ferientibus
nocet. Homines vivos offendere sacrilegium est. a
Toti perimimur ex alienis iudiciis. et ideo nobis
optimum videtur. quod laudatores multos habet.
Sequimur multitudinem vestigiorum euntium in quibus
nulla sunt redeuntium. Hoc exigitur ab homine ut
prosit omnibus si potest. si minus multis. si minus
paucis. si minus sibi. Nam qui se utilem facit
ceteris negotium facit. Qui autem se malum facit non
tantum sibi nocet. sed omnibus quibus homo prodesse po-
tuisset. Natura nos ad contemplacionem et accionem
genuit. Hoc autem patet. Si quis attendit quantam
cupiditatem habeat ignota noscendi. Curiosum

License: public_domain – Göttingen, Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen, Cod. Ms. Morbio 1 a, Fol. 2v – Anthology of excerpts from L. Annaei Seneca and other theological texts (https://fragmentarium.ms/view/page/F-za50/11341/82139)